

## Band VII., Nr. 2313, Seite 221-222

*Der Dekan von Grunbach, der Komtur Werner von Leonberg, Pleban Wolcloch von Geisnang, Johann von Rommelshausen, Truchsess Wolfram von Stetten und Schultheiß R. von Waiblingen beurkunden eine zwischen Propst und Konvent von Adelberg und Schultheiß und der Bürgerschaft von Waiblingen getroffene Abmachung in Betreff der Besteuerung der Klosterbesitzungen in Waiblingen.*

Ohne Ortsangabe, 1273. Ohne Tagesangabe.

In nomine domini. Amen. Quoniam filii huius seculi prudentiores sunt filiis lucis in generatione sua, idcirco necessarium est, ut ea, que ab ipsis aguntur, stili testimonio roborentur. Hinc est, quod nos decanus de Grünbach, frater Wernherus commendator domus hospitalis de Lewenberch, Wolclochus plebanus de Gisenanc, Johannes de Rumolshusen, Wolframmus dapifer de Steten, R. scultecus de Wabelingen, notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod nos controversiam, que olim vertebatur inter venerabilem dominum prepositum de Madelberch et eius conventum ab una et scultecum ac universitatem civium de Wabelingen ab altera, arbitri hinc inde electi prescrite fide corporali nomine iuramenti taliter sopivimus ex eo, quod vidimus et cognovimus, quod nobilis vir comes de Wirtenberch bone memorie omnia bona, que Eppo et Irnburgis coniux sua vivi possederant, titulo testamenti legavit literis hinc inde confectis ipsi ecclesie liberaliter et sine qualibet exactione deinceps possidenda. Verum quia de quadam area et de quodam orto et aliis bonis, que prefata ecclesia postea comparaverat, nimis grave pondus exactionis inponere voluerunt, arbitrati sumus taliter, quod ipsa ecclesia in festo beati Martini pro omnibus bonis ad terminos ipsius civitatis spectantibus XXVI solidos Hallensium persolvant et quicumque eiusdem domus ab ipsa ecclesia procurator constitutus fuerit, omnia iura civilia in emptione et venditione inducendo educendo transducendo teneatur sicut alii cives et deinceps de omni genere inpetitionis liberi sint et immunes plena ac perfecta gaudentes libertate. Ad hec adiecimus, ut si aliquis civis eiusdem civitatis in predicta domo locaretur, prefati cives suo iure actenus habito nullatenus privarentur. Si vero sepedicta ecclesia aliqua vendat vel emat, secundum quantitatem possessionum censum minuant vel augmentent. Ut autem hec robur firmitatis obtineant, sigillo nobilis viri Ūl(rici) comitis de Wirtenberch et sigillo capituli nostri de Smidehain ac nostro proprio duximus roborandas. <br> <br> Acta sunt hec anno domini MCC septuagesimo III.

## II

Der Textabdruck folgt dem Original auf liniertem Pergament.<br> <br> Ein anderes Siegel als das nur noch in einem Bruchstück an weißen und blauen leinenen Fäden anhangende des Grafen Ulrich von Württemberg, war nie angehängt, denn es fehlt jeder Einschnitt hierfür im Pergament, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 2064 (WUB, Bd. VII, S. 25). Am oberen Rand sind Teile von durchgeschnittenen Buchstaben sichtbar.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

A 469 I U 36

**Regesten:**

Müller: Urkundenregesten Adelberg, Nr. 36.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Ohne Ortsangabe

**Ortsindex:**

(Burg) Württemberg Wüstung (21519)<br> (Burg) Württemberg, Stuttgart, S, W<br> Adelberg - Kloster Wohnplatz (561)<br> Adelberg - Kloster, Adelberg, GP<br> Geisnang Wüstung (21711)<br> Geisnang, Ludwigsburg, LB, W<br> Grunbach Wohnplatz (1741)<br> Grunbach, Remshalden, WN<br> Leonberg Wohnplatz (154)<br> Leonberg, BB<br> Rommelshausen Wohnplatz (1763)<br> Rommelshausen, Kernen im Remstal, WN<br> Schmiden Wohnplatz (1343)<br> Schmiden, Fellbach, WN<br> Stetten : Kernen im Remstal WN<br> Stetten Wohnplatz (1765)<br> Waiblingen Wohnplatz (1628)<br> Waiblingen, WN